

Benedictus Egidius l. 1. p. 1. §. 7. n. 7. C. de sacrosanct. Eccles. Gratius l. p. decis. lib. 3. c. 5. n. 5. 9. & p. 2. lib. 3. c. 19. n. 86.

63. Ceterum in omnibus casibus, in quibus benevisse diximus posse per Pontificis privilegium hanc facultatem competere monachis, dicendum quoque est posse per consuetudinem, qua, quae per privilegium fieri possunt, valeat quoque consuetudine legitime praescripta induci, vt bene dicit Felinus c. que in Ecclesiarum nom. 2. 7. de consuetudinibus. Quippe consuetudo hanc vim habet, & iuris noui condendi, & abolendi antiqui. c. fin. de consuetud. Adde prohibitionem hanc esse ex iure humano, vt probauimus no. 4. at id ius potest consuetudine aboleri. Atque ideo hanc partem sustinet Nauar. comment. 2. n. 4. de regular. Tapia athen. ingressi. verb. ideoq. nec de his. c. 1. n. 6. C. de sacrosanct. Eccles. & quamuis uterque dicat consuetudinem saltem immemorabilem hoc posse, merito dicunt saltem ad denotandum eam necessarium non esse, sed talem, qualis sufficit ad derogandum iuri humano, de cuius qualitate tractatur in materia de legibus.

CAPUT IX.

Qualiter professi habitibus ascendentes, aut descendentes, testari liceat inter eos.

SVMARIVM.

- Proponitur athen si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles. que ansam dubitanda praebet. n. 1.
- An professi in ordine incapaci, & coadiutores formati in Societate IESV, possint diuisionem bonorum inter liberos facere? n. 2.
- An sit opus ad hanc diuisionem faciendam licentia superioris? num. 3.
- Qualiter lex civilis poterit hoc disponere. Referuntur tres sententiae. n. 4.
- An leges civiles mentionem clericorum facientes, illos obligent? n. 6.
- Explicatur sententia auctoritatis. n. 7.
- Nequi alia diuisio inter liberos fieri a professis, praeter explicitam in illa athenica. n. 8.
- An illa diuisio sit testamentum referuntur varia sententia. n. 9.
- Explicatur sententia auctoritatis. n. 10.
- Cuius effectus sit hoc scire. n. 11.
- Potest hac diuisio a professis fieri, etsi unicuique filium habeat. n. 12.
- Idem si nullum filium, aut habet alios descendentes. n. 13.
- Quid si filij sint illegitimi? referuntur quadam sententia. num. 14.
- Explicatur sententia auctoritatis. n. 15. & 16.
- Quid si habeat solos filios legitimatos? n. 17.
- An si solos ascendentes habeat, sit illis necessario legitima reseruanda? referuntur quadam sententia. n. 18.
- Explicatur sententia auctoritatis. n. 19.
- An liceat professio inter ascendentes illos facere praedictam diuisionem? n. 20.
- An filio professo mortuo sint reddenda ascendenti bona, quae in monasterium secum detulit? n. 21.
- Quid de bonis acquisitis post professionem, an in illis habeant legitimam ascendentes, aut descendentes, aut possit ille inter eos diuideri? n. 22.
- An dos data monasterio in ingressu monialium, redeat ad ascendentes, aut descendentes superius mortui monialis? n. 23.
- Quid de praeo dato cum pacto, vt ille reliqua hereditas nunciari? n. 24.
- Quando religiosus Societatis IESV renunciat bonis in xpi ipsius Societatis constitutionibus, an ea sint reddenda superius ascendenti, quando hic naturaliter moritur, aut professionem, vti aue coadiutorum formatorum emittit? n. 25.
- Quotam bonorum partem teneat professus diuidens inter filios relinquere monasterio? n. 26.
- Quid in Regno Castellae? n. 27.

An possit quinquam ex filijs in testamento meliorare? referuntur quadam sententia. n. 28.

Sententia auctoritatis. n. 29.

An possit in quinto meliorare, vel partem illius filijs relinquere? n. 30.

An professus possit inter suos liberos maioratum instituire ex tertio & quinto bonorum? n. 31.

An possit inter ascendentes ex tertio? n. 32.

An possit inter illos ex regia facultate? n. 33.

An possit papulariter filios substituere? n. 34.

An possit vulgariter compendioso, & per fideicommissionem? n. 35.

An possit exemplariter? n. 36.

An possit eis tutorum assignare? n. 37.

An professus possit in ea diuisione aliqua legare, vel si sit actor doctem ab exore receptum, aut vltimas exipras, seneatur monasterium stare de confessioni? n. 38.

Si non diuidat, quis succedat? n. 39.

An religiosus Societatis IESV, qui vota biennij in ea emiserunt, liceat sic bona inter filios diuidere, & illos substituere? num. 40.

An quando hic professus testatus fuerat in seculo, vel diuiserat omnia bona, vel partem illorum inter filios, possit post professionem diuidere, & facta reuocare? remissive. n. 41.

ANSAM huius difficultatis praebet §. si qua mulier, athen. de sancti. Epif. vnde desumpta est athen. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles. ubi sic dicitur. Si persona liberos habens, antequam te rebus suis inter eos disponat, monasterium intret, liceat ei potestatem inter eos diuidere legitimam non dimittit, & quod tunc non dedit, monasterio competet. Sed si omnia substantiam inter filios diuidere voluerit, sua persona filijs communita, partem sibi retineat, qua monasterio competere debet. Sed si post ingressum moriatur, antequam inter eos diuidat, filij legitimam percipiant, reliqua substantia monasterio competit. Quae athenica refertur à Gratiano in decreto, & habetur cap. si qua mulier, 19. q. 3. & idem disponit lex regia 17. tit. 1. p. 6. Itaque iuxta hanc decisionem, si habens filios ingressus sit religionem, nulla bonorum dispositione raramilla, potest inter eos diuidere bona, & si solam legitimam diuidere velit, potest vtiq. & totam residuum erit monasterio; si vero velit amplius quam legitimam filijs relinquere, tunc debet suae personae inter filios communitatam partem retinere, quae monasterio sit; si enim ea lex regia 17. transcripsit ea verba: praedicta athen. sed si omnem substantiam, his verbis; Et si per auentura mas les quisese dar de su parte legitima.

Quae dispositio non procedit a professis in ordine succedendi incapaci, vt sunt Minores fratres, nec enim inter liberos poterunt sic disponere, quia à die professionis reputantur tanquam naturaliter mortui. Sic Barr. ea athen. si qua mulier. n. 13. & ibi Iafon nu. 1. Petrus de Verginia addit notat ad Butrigarium, ibi. q. 2. idem Barr. vultus Minoritarum. lib. 4. disp. 2. c. 1. statim in principio. Bart. l. humanitatis. num. 41. C. de impub. & alijs subij. Et quamuis idem dicat ibi de mendicantibus omnibus, id tamen est, quia antiquitus nec in communi erant capaces successione: at id iam cessauit, & ideo in ceteris mendicantibus praeter Minores, & Capucinos, habet locum haec athenica.

Atque idem dicendum est de professis, & formatis coadiutoribus in Societate IESV: cum enim hi omnes sint similiter incapaces omnis successione in communi, & in particulari, reputantur eodem modo tanquam naturaliter mortui (vt diximus) & ideo non gaudent beneficio huius diuisionis inter liberos faciendae. Quid autem dicendum sit de his, qui vota biennij in ea emiserunt, dicemus num. 40.

Nec ad hanc diuisionem inter liberos a professis faciendam est opus superioris licentia: quod ius hanc facultatem nulla licentia superioris mentione facta concedat. At si licentia ea foret opus, exprimeret vtiq.

vitiq. quandoquidem formam in hoc necessariam praefigit: & alia illusoria esset iuris facultas; si superior enim eam licentiam non concederet in sui monasterij praedictum. Ita Gutier. quest. canoniarum lib. 2. cap. 1. num. 96. Quare minus caute Manuel quest. regular. tomo 3. quest. 69. art. 2. dixit non opus esse licentia Pontificis, sed satis esse Praelati religionis, quasi supponens hanc esse necessariam.

Circa hanc autem decisionem dubitatur primo, qualiter illa authentica poterit hoc disponere? Ratio dubitandi est, quod sit dispositio legis civilis, ac subinde nec religiosos, nec clericos arctare possit. Gutierrez quest. canoniarum lib. 2. cap. 1. numero 89. dicit neminem sanae mentis posse dubitare, quin lex civilis poterit in hoc disponere, quod successiones sint de iure ciuili. Ceterum credo non potuisse sic disponere, quod clare sentiunt auctores triplici num. sequent. allegandi, dum confugiunt ad iuris canonici approbationem. Et ratio fit. Quia quando leges ciuiles specialem clericorum mentionem faciunt, non est integrum clericis eis vti etiam in sibi favorabilibus, dum à Pontifice non approbantur, quia deficiunt in lege ciuili vis ad disponendum specialiter de clericorum rebus, iuxta cap. Ecclesia Sanctae Mariae, de constitum. & ita tradunt Abb. ibi. num. 10. & in repetitione super idem cap. numero 4. & 15. Decius ibi. in noua editione numero 88. & 106. Felinus numero 40. idem Decius cap. in presentia, in noua edit. numero 159. de probat. & ibi Abbas numero 28. Berouius numero 111. Salyceus athen. causa numero 9. C. de sacrosanct. Eccles. Francus in suis questionibus in materia petitorij, questione 4. numero 10. idem Decius l. senium in noua edit. numero 14. C. qui testamenta facere possunt. Menchaca in controuersis vsa frequent. lib. 1. cap. 5. numero 1. & quamuis numero 9. videatur contradicere, non tamen contradicere, quia expressè fatetur leges Imperatorum contentas C. de sacrosanct. Eccles. & C. de Episcop. & clericis. mentionem facientes clericorum, non habere vim ex iurisdictione Imperatorum statuentium, sed ex tacita approbatione Pontificum, & Ecclesiae. Sarmiento lib. 8. sectat. super §. 15. in tempus. num. 3. Caldas de nominatione emphiteot. q. 16. n. 28. Sfortia conf. 44. n. 13. vol. 1. & multos alios allegans Hondedeus confil. 20. num. 18. vol. 2.

Ideo Nauar. confil. 2. num. 53. de regular. motus hac ratione dixit facile defendi posse decisionem illius authenticae non habere vim, vt pote de religiosis specialiter dispositum, nec per Pontificem esse approbata: & Decius ea l. senium numero 14. ait leges, & athenicas contentas in C. de sacrosanct. Eccles. & C. de Episcop. & clericis, mentionem clericorum facientes non habere vim.

Alij autem dicunt habere vim, non quatenus est dispositio iuris, sed quia est approbata iure canonico. cap. si qua mulier. 19. regular. 3. Sic tradunt Abbas cap. cum finis numero 5. de regularib. & cap. in presentia numero 52. fin. de probat. & ibi Imola numero 22. Frayna rubric. de testament. in 6. numero 65. Ananias cap. 2. numero 6. de delictis puerorum. Bartol. ea athen. si qua mulier. numero 3. & ibi Albericus statim in princip. Salyceus numero 9. initio. Iafon numero 5. Petrus de Verginia addit. ad Butrigarium. Bertrandus confil. 16. numero 3. volum. 3. in priori parte. Molina lib. 2. de primog. cap. 9. numero 5. vers. in 3. casu. Redoanus de spoliis ecclesiae sic questione 8. in princip. numero 72. (habebit tomo 14. tract. 1. ibi, statim in principio. Azor tomo 1. institut. moralium. lib. 1. cap. 6. questione 4. Caterum hic dicendi modus displicet, quia, vt bene auit Decius athen. ingressi. numero 1. C. de sacrosanct. Eccles. Nauar. comment. 2. numero 53. de regular. non potest vim iuris canonici habere ex eo quod authentica illa sit inserta à Gratiano in decreto; & ita leges ibi insertae solam iuris ciuili vim retinent, vt probauit lib. 9. de matrimonio. disp. 12. num. 3. & 5.

Ideo dicendum est, eam authentican vim ex eo sortiri, quod tacite sit à Pontifice approbata, vt bene tradit Summa Th. Sanchez. pars 111.

dunt Molina Societatis IESV tomo 1. de iustitia. disputat. 1. 41. colum. 2. vers. hinc in regno. Leonardus lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 10. num. 82. Manuel quest. regular. tomo 3. questione 69. art. 2. qui addit praefertim vim hanc obligandi habere, quod in decreto fit. Sed hanc obliandi rationem reprobauit n. praecedenti; & ideo optime dixit Menchaca n. 4. allegatus fortiri vim huiusmodi leges ex tacta approbatione.

Id tamen fatendum est, extra euentum in ea authentica contentum, aut alium modum ibi concessum, nec inter liberos posse professum quicquam de suis bonis disponere, quia caret dominio, ac illorum administratione, & velle, vel nolle non habet. Sic tradunt Nauar. comment. 2. n. 53. de regul. Molina Societatis IESV n. praecedenti allegatum.

Secundo dubitatur, an diuisio inter liberos, quam ea authentica permittit, sit testamentum: Quibusdam placet eam diuisionem esse testamentum. Dicitur, quia quaelibet bonorum dispositio per modum quotae, & vniuersitatis dicitur in dubio testamentum, vt notatur l. quoties. C. familia hereditanda. & l. hereditatem. C. de codicillis: at dispositio haec est huiusmodi, ergo est testamentum. Atque ita tenent Glossa. cap. si qua mulier. verb. diuidere. 19. questione 3. C. yrus athen. si qua mulier. num. 3. sine. C. de sacrosanct. Eccles. & ibi Baldus num. 25. Iacobus Butrigarius questione 7. Godofredus litera L. Odofredus num. 5. fin. Albericus athen. ingressi. num. 6. C. de sacrosanct. Eccles. & ibi Petrus de Bellapertica questione 4. Angelus in istis. de pupill. subij. §. qua ratione. num. 9. Alij sic distinguunt: si in ea diuisione adhibitus est sufficiens testium numerus, erit testamentum; si autem soli duo, aut tres testes adhibiti sunt, si pater assignauit filijs certas quotas, & ite testamentum, si autem res singulares, & vltima voluntas, & non testamentum. Sic Paulus ea athen. si qua mulier. num. 5. cui consonat Salyceus ibi. num. 10. ait enim ex dispositione facta cognoscendum, an sit testamentum, necne. Alij opinantur posse vtrumque dici: sic Bartol. ea athen. si qua mulier. num. 20. Azor tom. 1. instit. moralium. lib. 1. cap. 6. questione 5. sine. addit Bartol. se existimare dicendum esse vltimam voluntatem, quae est testamentum, aut vim testamenti habens: succedit enim loco testamenti ante professionem faciendi; & ferè idem ait Iafon ibi. num. 49. dicens esse vltimam voluntatem habentem vim testamenti.

Sed verius est, non esse testamentum, sed diuisionem quandam, quam professus ille efficit; non vt dominus, sed vt administrator à iure constituit ad hunc effectum. Quia rationi consonum est, ne professus facultas testandi concedatur, vt pote quae maiorem praesertim fecit dominij imaginem, quam nuda illa distributio; itaque haec abique testandi potestate; nam etiam Iudex arbitri diuidit, non tamen testatur. Ergo iure optimo interpretanda est ea facultas de diuisione quadam faciendae, non autem de testamento, vt vel sic minus laedatur religiosum institutum; & in hanc sententiam magis inclinat, quamuis vtramque appellet sustentabilem, Gloss. dicta athen. si qua mulier. verb. diuidere. & §. si qua mulier. verb. in propriis. athen. de sancti. Epif. cap. & dicit forte vtiorem Angelus in istis. de exheredat. liberorum. §. eius qui. num. 5. Fulgositus l. famina. num. 2. C. de secund. nupt. Nauar. comment. 2. num. 45. de regul. Signorol. athen. ingressi. num. 14. ad finem. C. de sacrosanct. Eccles. & ibi Tapia verb. ideoq. nec de his. cap. 1. num. 19. Manuel tomo 2. summa. cap. 32. num. 2. Leonardus lib. 2. de iustitia. cap. 41. dubio 10. numero 82.

Sed diues vanum esse, & nullius effectus, nosse an diuisio illa sit testamentum nuncupanda, an solum distributio quadam, & videri questionem de nomine. Sed dicit effectum magnum huius esse: nam ex testamento ortur actio, ex diuisione autem non. I. diuisionis placitum. ff. de pactis. Sic Petrus de Bellapertica in athen. ingressi. questione 4. Salyceus ea athen. si qua mulier. numero 10. FF 3 & ibi

& ibi Baldus num. 21. dicens effectum esse ad formandum libellum. Alter effectus potest esse ad numerum testium addendum: si enim testamentum est, exiguntur septem testes: si autem diuisio, sufficient duo. Sic docet Glossa eo § si qua mulier. verb. in proprias. Sed hunc effectum reprobat multi, eo quod cum diuisio hæc inter liberos fiat, contenta erit duplici teste, quamvis verè testamentum dicatur. l. hæc consultiissima. §. ex imperfecto. C. qui test. fac. poss. & l. in fin. C. familie hereditate. & l. reg. 7. tit. 1. part. 6. Sic Glossa d. aubent. si qua mulier. §. diuidere. & ideo Odofredus num. 3. sine. Bart. num. 20. Salycetus num. 10. Petrus de Bellapertica questione 4. & merito quidem reprobat hunc effectum attentio iure communi, & regio antiquo. At iure regio nouo, prodest in hoc Castellæ regno ad hunc effectum, quia eadem solemnitas septem testium requiritur in testamento inter liberos, quæ exigitur in testamento inter extraneos. l. 3. Tauri. hodie l. 2. tit. 4. lib. 1. nono recopil. & ita aduertunt Gregor. Lopez l. 7. verb. alos filios. Molina lib. 1. de primogen. cap. 12. numero 25.

12. Tertiò dubitatur, qualiter intelligatur hæc diuisio bonorum inter liberos a professo faciendajuxta d. aubent. si qua mulier. Prima conclusio sit. Quamuis id concedatur relinquenti liberos, vt constat ex illis verbis dict. aubent. si persona liberos habens: at idem dicendum est si vnicum filium habeat, quia non est sine liberis, cui vnus filius, vnusque filia est, vt dicitur expressè l. non est sine liberis. l. 18. ff. de verbor. signific. & quia militat eadem ratio. Item, quia etiam in penali materia lex, vel statutum loquens in plurali, habet locum in singulari numero. l. 2. §. sed est vnus. ff. de honor. rap. & ita tradunt Iason ea aubent. si qua mulier. a. num. 17. Nauar. comment. 2. num. 47. de regul. Manuel. quæst. regul. 10. 2. q. 80. art. 1.

13. Secunda conclusio. Idem dicendum est si nullum filium habeat, sed alios descendentes, vt nepotes, aut pronepotes, quia quamuis authentica illa de habenti liberos loquatur, ad nomen liberorum omnes descendentes clauduntur, vt expressè habetur l. liberorum. 2. 20. ff. de verbor. signific. & ita explicat l. reg. 17. tit. 1. p. 6. ibi § si vnusque filios, o vtrosque heredes quo descendentes del. Item, quia eadem est ratio.

14. Sed difficultas specialis est, quando liberi illi non sunt legitimi. Quidam dicunt habere locum eandem diuisionem, si filij naturales sint: quia hi succedunt patri in duabus vncis. aubent. licet. C. de naturalibus liberis. Sic Tapia aubent. ingressi. verb. adeoque nec de his. cap. 1. numero 140. C. de sacrosancti. Eccles. Alij verò dicunt non habere locum, sed exigi, vt supersunt filij ex legitimo matrimonio concepti, quia illegitimi tanquam non necessarij heredes censentur exclusi, dum habenti filios alijs successuros id diuidendi præiudicium conceditur. Sic Speculator tit. de statu monachorum. §. vnico. n. 58. q. 52. Bald. d. aubent. si qua mulier. n. 34. & ibi Iason n. 42. Redoanus de spoliis ecclesiasticis. questione 8. in princ. num. 72. (habetur tomo 14. tra. statum.)

15. Tertia conclusio sit. In locis in quibus iuxta leges, & consuetudines filij illegitimi succedunt parentibus ex testamento, & ab intestato, deficiente prole legitima, integrum erit parenti habenti solos tales filios illegitimos, hæc diuisionem inter illos facere; secus quando non sunt illi heredes necessarij. Quia in prioribus solis militat ratio d. aubent. si qua mulier. & ita docet Nauar. comment. 2. n. 47. de regul. Manuel. quæst. regul. 10. 2. art. 2.

16. Hinc deducitur, in hoc Castellæ regno integrum esse matri professe habenti solos filios illegitimos, hæc diuisionem inter eos facere, siue illi naturales, siue spurij sint, dummodo non sint ex damnato concubitu generati, aut a professo, aut a professa, aut ab initio sacris ordinibus habitæ: at patri id non permittit, quamuis filij naturales sint. Ratio est, quia in hoc regno omnes filij deturpi illis ex damnato concubitu, aut illo sacrile-

gio explicato geniti, sunt heredes necessarij matri caritatis prole legitima: nulli autem filij illegitimi sunt heredes necessarij patris. l. reg. 9. & 10. Tauri, hodie l. 7. & 8. tit. 8. lib. 5. nona recopilat.

Quarta conclusio. Eadem diuisio permittitur patri, professo habenti solos filios legitimos. Quod legitimus filius retinet omnia sui heredis iura, tum patrisque parentum testamentum, in quo præteritur, vt probant Doctores allegandi: & ita tradunt Iason ea aubent. si qua mulier, a. num. 45. vsque ad 48. Nauar. comment. 2. num. 47. de regul. Manuel. quæst. regul. 10. 2. quæst. 8. art. 2. Tapia d. aubent. ingressi. verb. adeoque nec de his. cap. 1. numero 11.

Vigentior autem difficultas est, quando professus ille solos ascendentes habet, an his referenda sit legitima? Quidam referendam negant, dicuntque omnia illius professa bona monasterij. Quia quamuis æquè ascendentes descendentes succedant, sicut è contrarij nam est parentibus, ff. de inoffic. testam. & exheredari nequeant ascendentes, nisi ob ingratitudinis causam. aubent. presbytero. in fin. C. de Episcopis, & clericis: at aliud est in hoc casu fauore religionis, & ideo dict. aubent. si qua mulier, expressè de habente liberos loquuta est, & l. reg. 17. tit. 1. parte 6. dixit, hijs, o vtrosque heredes quo descendentes del. Ergo a contrario sensu secus est de ascendentes. Tandem, quia monasterium habetur pro filio. cap. in presentia. de probat. Hoc autem existente nil debetur ascendentes. Et ita hæc sententiam tenent Glossa cap. si qua mulier. verb. non extantibus. l. 9. questione 3. & § si qua mulier. verb. intrauerit. in fin. aubent. de sanctissimis Episcopis. & dict. aubent. si qua mulier. verb. liberos. & ibi Cynus numero 3. Bellapertica ibi. questione 2. Faber in ista. de acquisitione per arrogationem. §. mutuo. sine. Francus rubric. de testam. in 6. numero 66. Nicolaus de Vbaldis de successione ab intestato. vbi de successione regularum. 2. part. numero 14. (habetur tomo 8. tractatum parte 1.) Redoanus de spoliis ecclesiasticis. q. 8. in princ. n. 73. (habetur tomo 14. tractat.)

Quinta tamen conclusio sit. Ascendentibus illis datur hereditas legitima, in illaq; præferuntur monasterio. Quia est dict. aubent. si qua mulier, de solis descendentes sermonem habet, ex rationis tamen paritate extendenda quoque est ad ascendentes. Quippe hi ita necessarij descendenti heredes sunt, ac descendentes illorum, & vtrisque debetur legitima. nam est parentibus ff. de inoffic. testam. l. reg. 4. tit. 13. p. 6. l. reg. 6. Tauri, hodie l. 1. tit. 8. lib. 5. nona recopilat. Nec argumentum a contrario sensu loci potest habere in hoc euentu, in quo contrarium decisum est in iure, vt latè probauit lib. 6. de matrimonio. disputatione 21. numero 9. ad 8. eo vel maxime, quod ea aubent. de sola diuisionis permissione agat, & ideo soli habenti descendentes eam permittit, vt num. sequenti explicabimus: non autem dixit solis descendentes deberi legitimam. Tandem, quia non est verum haberi monasterium loco filij, & esto id verum esset, procederet in solis casibus, in quibus id iure expressum est, vt suo loco dicemus. At in hoc casu nullibi exprimitur exclusi ascendentes à legitima prælato monasterio. Et idem Glossa ea aubent. si qua mulier. verb. liberos, & ibi etiam tenent Odofredus numero 1. Iacobus Butrigarius quæst. penult. Bart. num. 18. & 19. Albericus num. 9. in fin. Paulus num. 5. Salycetus num. 9. Iason num. 6. Speculator tit. de statu monachorum. §. vnico. numero 59. iust. 53. & ibi Baldus in addit. in fine totius tituli. vers. in mater debeat haberi. Cardin. cap. quod à te. num. vnico. oppos. 4. de cleric. coniugat. Innoc. cap. in presentia. num. 6. in fine de probat. & ibi Ioan. Andre. num. 21. Hostiensis num. 11. Antonius num. 29. Abb. num. 53. Bellamera num. 22. Becoanus num. 23. Angelus verb. religiosus. num. 51. Syluester verb. religio. 6. quæst. 1. dicto 2. Tabiena verb. religio. quæst. 34. num. 35. & ibi Armil. num. 21. Nauar. comment. 2. num. 46. de regul.

gul. Bertrandus cons. 21. num. 4. vol. 6. Gregor. Lopez l. 17. verb. descendentes. tit. 3. part. 6. Menchaca de success. creatio. lib. 2. §. 2. o. num. 184. Molina lib. 2. de primogen. cap. 9. num. 64. & 65. Rojas episcopi successio. num. 29. num. 40. Alcanius Clemens de patria potestate. cap. olim. num. 76. (habetur tomo 8. tractatum. part. 2.) Auendaño iunior l. 6. Tauri. gloss. 8. num. vnico. & l. 40. gloss. 4. num. 23. Azobedo lib. 5. recopilat. tit. 8. l. 1. num. 47. Tapia aubent. ingressi. verb. adeoque nec de his. cap. 1. num. 9. C. de sacrosancti. Eccles. Gutierrez quæst. canoniarum lib. 2. cap. 1. num. 95. & 96. Benedictus Egidius l. Tria si non supersit. 100. part. 1. num. 50. fin. ff. de cond. & demonstr. Ioan. de Monte Sperello causi. 46. fin. vol. 1. Castillo de vrsu. lib. 1. cap. 69. numero 2. Velascus consil. 24. à numero 5. vsque in finem. tomo 1. Villadiego iunior in foro iuzgo. lib. 4. tit. 2. l. 12. numero 4. Manuel in summa. verb. religio. numero 25. Lælius Zecchius de Repub. ecclesiast. tit. de regul. cap. 3. numero 14. ampliatio 3. Leonardus lib. 2. de iustitia. cap. 41. dub. 10. numero 83. Manuel quæstionum regularium. tomo 2. questione 80. art. 2. & questione 128. art. 2. Molina Societatis Iesv. tomo 1. de iustitia. disputatione 140. colum. 5. vers. hoc tamen illorum. Ludouicus Lopez lib. 2. de contrahentibus. cap. 39. questione 3. notis. 5. & dicit secundum hanc opinionem non tenet vidisse iudicium in Senatu. Zaballòs in suis communibus. tomo 3. questione 806. à numero 41.

Hinc quidam inferunt, filium professum solos ascendentes habentem, posse inter illos hæc diuisionem facere; quia, cum ascendentes sint necessarij illius heredes, eadem est ratio, ob quam permittitur habenti descendentes ea diuisio. Sic Odofredus ea aubent. si qua mulier. numero 2. Molina libro 2. de primogen. cap. 9. numero 64. Sed verius est non posse. Ducor, quia (vt probauimus numero 8.) nequit alia diuisio a professo fieri præter expressam in ea aubent. si qua mulier. At ibi soli habenti descendentes permittitur. Nec est eadem ratio de habente ascendentes, quia magis proprium est parentum diuidere inter filios, quam è contrario. Præterea, quia iura correctoria, quale est hoc, aliquid disponunt inter filios, non habent locum inter parentes, vt constat: permittitur enim parenti restari inter liberos cum duplici teste. l. hæc consultiissima. §. ex imperfecto. C. de testam. At non permittitur è contra filio sic restari inter parentes, vt probat Iason statim allegandus, & filij graui per fideicommissum possunt detrahere duas quartas, quas tamen parentes sic grati non detrahunt, vt probat Iason ibidem. Et ideo huius sententia iust Speculator tit. de statu monachorum. §. vnico. num. 59. quæst. 53. Iason d. aubent. si qua mulier. n. 33. & duplici sequenti. Parisius c. in presentia. num. 170. de probat. & dicit probabilem Molina eodem cap. 9. num. 65. sine.

Secundò deducitur, filio professo mortuo superstitibus ascendentes successuros ascendentes in legitimum bonorum, quæ secum ille in monasterium detulerat, tuncque monasterium illam restituere, & ita monasterio solam partem, de qua professus ille in ascendenti præiudicium poterat disponere, remaneram, quæ in hoc regno est tertia bonorum pars. l. 6. Tauri, hodie l. 1. tit. 8. lib. 5. nona recopil. Ratio est, quia (vt n. 19. probauimus) quoad hæc legitimum præteritur ascendentes monasterio: sicut è contra descendentes quoad suam legitimam præferuntur monasterio, in quo patens est professus. Atque in propriis terminis tradunt Velascus dicens sic videlicet non tenet iudicatum, Zaballòs Ioan. de Monte Sperello, Castillo, Molina Societatis Iesv, Manuel ea quæst. 128. art. 2. Ludouicus Lopez allegati num. 19.

Consulò autem dixi, de bonis acquisitis ante professionem: nam acquisita post professionem sunt omnino monasterij, & ideo de illis nequit professus ille

disponere, nec quicquam in illa habent ascendentes, aut descendentes, quod ea non acquiritur vt à parente, aut à filio, sed tanquam à monacho. Idem clarè probant ea verba illius aubent. si qua mulier. ibi, res eius, & ibi, ex rebus suis. At acquisita post professionem nunquam fuerunt sua, & parentes nihil habere in his bonis docet etiam Benedictus Egidius l. Tria si non supersit. 100. part. 1. num. 50. fine ff. de cond. & demonstr. Atque ita docent Becoanus cap. in presentia. numero 473. de probat. & ibi Paris. numero 124. Nauar. comment. 2. numero 56. de regul. Velascus consil. 24. numero 7. tomo 1. Hoc autem intelligo quando omnino est acquisitio post professionem, sicut si professus suis operibus aliquid compararet, aut hæres, legatarijue institutus est in aliquo testamento etiam ante professionem, & delata est hæreditas post professionem; quia hæc acquiritur monasterio: secus autem esset, si professus ille succederet ab intestato alicui consanguineo. Quippe cum ius sanguinis, quod naturale est, sit principium, & causa huius acquisitionis, & id non competat tanquam monacho, sed competeret ante ingressum, reputabuntur ea bona quasi ante ingressum acquisita, & habebunt in eis legitimam ascendentes, & descendentes post illius professa mortem.

Hinc tamen excipi debent bona tradita monasterio in dotem monialis, quæ perpetuò apud monasterium durant, etiam si monialis relicta ascendentes, aut descendentes obeat. Quippe ita interpretatur consuetudo: nec aliam huius rationem inuenio; non enim hoc efficit eam dotem dari in pretium alimentorum, ad quæ monasterium obligatur. Quippe dos in matrimonio carnali censetur quoque constituta pro oneribus matrimonij sustinendis, & quia vir obligatur ad vxorem alendam. l. pro oneribus. C. de iure dot. cum tamen non perpetuò maneat apud virum, sed soluto matrimonio reddenda sit vxori, vel hæreditas. Et ideo hæc partem, licet obiter, sustinet Gutierrez quæst. canonice. lib. 2. a. 1. num. 107. vers. quoniam quatenus discrimen apponit inter dotem carnalis matrimonij, & spiritualis: illa enim soluto matrimonio transit ad hæredes vxoris, cum vir in illa bona, vt hæres non succedat in spirituali verò dos perpetuò manet apud monasterium, cum id loco filij habeatur: & licet aliud pro se asserat, non tamen nostram conclusionem probant, sed aliam, quam Gutierrez ibi tractare videtur.

Similiter remanebit apud monasterium perpetuò id, quod pacto inito tradidit parens filio, aut monasterio, vel descendens ascendenti, aut monasterio, vt renunciaret futuræ successioni: id enim traditur, vt perpetuò apud monasterium maneat, vel apud eos, quibus renunciatis in suo testamento reliquit, tanquam datum ob causam onerosam, & vt sit omnino renunciatis, aut monasterij ob causam illam. Sed oppones, nullum afferri ius, quo hæc doctrina possit sufficere roborari, nec satis esse, si dixerimus tunc se gerere monasterium, vt filium, cum loco talis non habeatur, nisi in casibus iure ipso expressis: præter quod inde inferretur legitimam ascendentes non deberi, casu, quo tale pactum initum non esset, & descendens professus moreretur; quod falsum est: nec hereditatis renunciatio à monasterio, vel monacho facta difficultatem minuit in presenti; hæc enim non tollit ius, quod parentem erat respectu bonorum filij, vt secus ac quando dos confertur viro ea lege, vt relicta hæreditati renunciaret, si tunc vxor ab intestato decedat, dos transit ad hæredes illius. Respondetur, non requiri iuris expressionem vbi aliud obtrinitur consuetudo, seu interpretata voluntas seu dispositionem filij: ex eo enim quod ille de bonis illi ob renunciationem exhibitis disponat, vidente, & tacete, immo

annuente, & consentiente patre, censetur profusus ac si clarum testamenti conficiendi facultatem ab ipso impetrasset. Nec est illam de tota hereditate, cui nec renunciat, nec vllam potestatem circa ipsam dare filio videtur ascendens, ac proinde nec monasterio, ut ipso superstiti illam adeat monacho proficiente, seu moriente. Nec obstat illud de dote, cum filia coniugata non disponat; monialis vero ob consuetudinem, qua vim legis obtinuit, monasterio donat, salvo tamen ascendendum iure succedendi, etiam in reliquam hereditatem.

25 Tertiò deducitur resolutio illius questionis, de qua proximè consultus sum. Quidam ex Societate IESV iuxta ipsius constitutiones renuntiavit omnibus bonis, & futuræ hereditatis in fauorem eiusdem Societatis, aut alterius, & emisit postea in ea professionem, aut vota formarum coadiutorum, aut ante hæc emissã obiit in Societate, relictiis ascendentibus, an succedant parentes? Cui questioni sic dicendum est; si renunciatio fuit futuræ hereditatis, causa, quo est valida, cessat profusus eius effectus, & valor itatim ac religiosus ille est naturaliter mortuus superstiti ascendenti, cuius hereditatis renuntiavit, quod hæbeat tacitam conditionem ea renunciatio, si hereditas renunciatio defertur, ut diximus hoc lib. suprà. Hæreditas autem non potest deferri monacho in vita parentis, quia viventi nulla est hæreditas. l. superstitus. ff. de acquirenda hereditate. Quare necesse est, ut pater in vita filij monachi decedat, ut eidem filio parentum hereditas deferatur. Quare si filius priùs obiret, nil profusus ex bonis parentis transmitteret ad alios heredes, ut optimè Gutierrez quest. canonicarum lib. 2. cap. 1. numero 54. & 55. At in hoc casu non est delata: & idem est dicendum si professionem, aut vota coadiutorum formarum in Societate emitit vno illo ascendenti; quia per hæc reputatur quasi naturaliter mortuus, prout de fratribus professis in ordine Minorum testantur Doctores, & diximus hoc lib. suprà. Si verò renuntiavit aliis etiam bonis propriis, quæ hereditario iure, aut alia ratione filij acquisierat, succedat ascendens ille in suam legitimum, & ei reddenda erit statim ac hic mortuus est, aut emisit professionem, aut dicta vota, per quæ reputatur tanquam mortuus: solaque tertia bonorum pars remanebit Societati, aut alteri, in cuius fauorem renuntiavit, ut constat ex dictis numero 19. & 21. Quod si illa bona essent aduentitia, & superstitis esset pater, gaudebit pater usufructu illius tertie partis bonorum, manente proprietate apud eum, in cuius fauorem fuit renunciatio, & mortuo patre redibit ad eum usufructus. Quippe non potuit præiudicare patri in hoc usufructu; ut dicemus hoc lib. infra.

26 Sexta conclusio. Si professus substantiam suam partibus æqualibus diuidat inter filios, tunc monasterio tenetur dare quantum dederit cuiilibet filio; si verò pro partibus inæqualibus, tenetur conferre monasterio quantum conferit filio, cui plus dat. Sic glossa reprobat alios duabus opinionibus. §. si qua mulier. verb. personas. authent. de sanctissimis Episcopis. & clarus dicit. authent. si qua mulier. verb. connumerata. & ibi Bartolus numero 21. Gregor. Lopez l. 17. verb. uno de illis. tit. 1. part. 6. Angulo de meliorationibus l. 2. gloss. 1. numero vlt.

27 Quod tamen limitandum est in hoc Castellano, ut non assignetur monasterio vltra quintam partem, etiam si filius maior pars relinquatur. Quia ea authent. si qua mulier, decidit legitimam filiorum non minuendam. At in hoc regno omnia parentum bona, dempto bonorum quinto, sunt filiorum legitima. l. 9. tit. 5. lib. 3. fori regij. & l. 28. Tauri, hodie l. 7. & 8. tit. 8. & l. 12. tit. 6. lib. 5. noua recopilat.

Sic Gregorius Lopez l. 17. verb. uno de illis. tit. 1. parte 6. & ibi Montalbus in fin. Molina lib. 2. de primogen. cap. 9. num. 60. Villadiego iunior in foro iuz. go. lib. 4. tit. 2. l. 12. num. 4.

Hinc deducunt aliqui, non esse integrum parenti huic profuso inter filios diuidenti meliorare aliquem ex illis in tertia bonorum parte, prout concessum est in regno Castellæ parentibus secularibus. l. 9. tit. 5. libro 3. fori regij. & l. 2. & 1. tit. 6. libro 5. noua recopil. Sic Gregor. Lopez allegatus numero precedenti. Ducitur autem, quia hæc melioratione læderetur monasterium, non relinquendo tantum, quantum filio illi meliorato, contra ea, quæ diximus numero precedenti. Et iuxta hanc sententiam idem dicendum est, si maioratus ex regia facultate institueretur, cum facultas legis, ac Principis æquiparentur authent. de consilij. ad fin. colum. 5. ut aduertit Molina lib. 2. de primogen. cap. 9. numero 57. Potest insuper idem probari, quia ea authent. si qua mulier, solum dat formam, ut possit professus diuidere inter liberos; diuisio autem in dubio intelligitur pro æquis portionibus, argument. l. ut liberis. C. de collat.

29 Sed ab hac sententia est omnino recedendum, dicendumque integrum esse huic parenti meliorare quemcumque ex filiis in tertia bonorum parte, tum quia eo ipso, quod dicta authent. si qua mulier, permittit parenti diuidere, diuisio illa extendi debet ad omnia lege ei permilla, quale est meliorare aliquem ex filiis, inter quos diuidit: tum etiam, quia facta hæc melioratione non præiudicatur legitimæ aliorum filiorum, cum nullius legitima minatur; nec etiam præiudicatur monasterio, quia in nullo euentu potest ipsi relinqui plus quam quintum, ut diximus numero 27. & integrum quintum illi relinquitur. Atque ita docent Molina lib. 2. de primogen. cap. 9. à num. 57. fin. vsque ad 61. Aluaradus de consuetudinibus defuncti. lib. 2. cap. 1. in princip. numero 5. sine. Angulo de meliorationibus l. 2. gloss. 1. numero vlt. Humada l. 7. tit. 7. parte 1. gloss. 3. numero 9. sine. Tapia authent. ingressi. verb. ideique nec de his. cap. 1. numero 76. C. de sacrosanctis. Eccles. Molina Societatis IESV tomo 1. de iust. disputat. 14. col. 2. vers. hinc in regno Castellæ. & tom. 3. disputat. 60. num. 4. Manuel quest. regula. tomo 3. quest. 69. art. 9.

30 Si tamen aliquem filium in toto tertio meliorauit, nulli potest aliquid ex quinto tribuere, sed totum erit monasterij, quia etiam dato toto monasterio, non potest monasterium percipere tantum, quantum percipit filius, cui plus relictum est, ut petit dicta authent. si qua mulier. At si non totum tertium alicui filio assignet, sed illud inter filios diuidat, tunc solum potest eis aliquid ex quinto dare, quando quod superest ex quinto, tantum habet filius plus ex patris bonis percipiens, aliàs non poterit quidemque ex quinto illis dare, ut constat ex dictis numero 26. & ita docet Angulo num. precedenti allegatus.

31 Ex his deducitur resolutio eius questionis, an professus descendentes, vel ascendentes habens, possit inter eos maioratum instituire, quando ante professionem de bonis non disposuit: Quia in re sic distinguendum est: si descendentes hæbeat, potest inter eos instituire maioratum ex tertia bonorum parte, sicut posset in seculo existens, iuxta l. regiam 27. Tauri, hodie l. 11. tit. 6. lib. 5. recopil. Quia sicut potest in illa quenquam ex filiis meliorare iuxta dicta n. 29; ita etiam & maioratum instituire. Sic docent vterque Molina vtroque loco, Aluaradus, Tapia, Humada allegati numero 29. & clarè indicant hic Doctores, & bene quidem, possè eum maioratum instituire cum omnibus gratianibus, & vocationibus permillis ea l. 27. Tauri, cum concedat posse virtute illius hunc maioratum instituire. Sed ex quinto bonorum,

honorum, vltra tertium non instituitur. Quia quintum non est legitimum filiorum, nec potest plus quam legitimam filius relinquere, nisi tantumdem monasterio relinquas, quantumdem filio, cui plus dat, ut diximus num. precedenti, & non potest tantumdem monasterio, quia relinquendo monasterio vltra quintum, læderetur filij in legitima, ut diximus num. 27. Sic Molina lib. 2. de primogen. cap. 9. num. 62. Tapia ea authent. ingressi. verb. ideique nec de his. cap. 1. num. 77. Humada l. 7. tit. 7. p. 1. gloss. 3. num. 9. sine. Quamuis incantè Aluaradus de consuetudinibus defuncti, lib. 2. c. 1. in princip. nu. 5. dicat posse ex tertio, & quinto maioratum instituire.

32 Si autem solos ascendentes hæbeat, non potest inter eos maioratum instituire, quia in hoc Castellæ regno omnia bona filiorum sunt legitima parentum, excepto tertio. l. reg. 6. Tauri, & ex legitima nonquit aliquid parentibus relinquere, ut diximus num. 19. atque illud tertium, quod non est parentum legitima, debetur monasterio. Sic Molina ea cap. 9. num. 63. quod maxime verum habet, retenta sententia, quam sustinimus num. 20. nempe non esse permillam professio diuisionem inter ascendentes.

33 Quod si ex regia facultate velit professus hic maioratum inter liberos instituire ex filiorum legitima, relictiis eis competentibus alimentis; Tapia ea c. 1. num. 78. defendit posse, quia, cum integrum quintum monasterio relicti sit, conquiri nequit, solique filij lædi videntur; at eorum præiudicium in hoc est nullius considerationis, cum id ex regia facultate parentibus integrum sit. Præterea, quia si potest ex Regis facultate primogenium instituire ex tertio bonorum inter illos, ut diximus n. 31, cur non poterit ex legitima ex Principis facultate? Quippe hic est lex viua, & facultas Principis, ac legis æquiparantur. Tandem, quia hæc concessio non est facultas testandi, sed facultas adimendi à legitima, & in casu valido, in quo potest inter filios diuidere. Sed iure optimo Molina eodem cap. 9. num. 65. sustinet tanquam probabilius non posse. Quippe factum hæc regia expiravit professione, cum quoad effectum testandi, seu contrahendi reputetur professus tanquam mortuus. Præterea, quia sola facultate concessa d. authent. si qua mulier, potest vti, & hæc non ut concessa iure ciuili, sed ut est iure canonico approbata, ut diximus num. 7. At ea iubet legitimam filijs conseruari. Quare à fortiori nequit ex regia facultate maioratum inter ascendentes instituire, ut bene ait Molina eodem cap. 9. num. 66. siquidem inter filios, inter quos expressè est permilla diuisio, id negamus. Vtrum verò habens licentiam testandi à pontifice possit maioratum instituire, diximus cap. precedenti.

34 Septima conclusio. Nequit professus hic inter filios diuidens illis pupillariter substituere: quod substitutio hæc patriam potestatem desiderat. l. 2. ff. de vulgari. Atque ita docent Speculatorius de statu monachorum. §. unico num. 60. quest. 54. & ibi Ioann. André. littera C. verb. asstringere. Baldus auct. ingressi. num. 8. & authent. si qua mulier. num. 29. C. de sacrosanctis. Eccles. Francus cap. 5. parer. n. 8. de testament. in 6. & ibi Costa 2. part. verb. testator mortuus. n. 11. vers. hinc relicti. Gregorius Lopez l. 5. verb. los padres. tit. 5. p. 6.

35 Potest tamen, quando potest diuidere inter filios, instituire, & substituere eis inuicem vulgariter, vel per fideicommissum: cum enim diuisio sit permilla; permittitur quoque modus, & accidentia eius, argumento l. qui procuratorum. ff. de procuratoribus. Et ita docent Speculatorius numero 57. quest. 52. Ioan. André. Costa, Gregor. Lopez num. precedenti allegari; Bald. ea authent. si qua mulier. numero 28. addens idem esse de competentiosa substitutione, quatenus eundem effectum habet.

36 Sed de substitutione exemplari facta filio, aut descendenti infans, maius est dubium. Bald. 4. authent. ingressi. num. 9. negat: sed idemem d. authent. si qua mulier.

num. 29. quamuis initio dubitet, tandem id concedit quoad bona ipsius testatoris. Atque instituit, & iure optimo id docent idem Baldus l. humanitatis. num. 24. C. de impubertum. & al. v. substituitur in. Angelus in 2. de pupillar. §. qua ratione. num. 9. & Gregor. Lopez l. 5. verb. los padres. tit. 5. part. 6. quia cum hæc substitutio patriam potestatem non exigit, immo vtrique parenti permilla sit l. humanitatis. §. C. de impubertum, & alij substit. non est cur huic parenti potest inter liberos diuidere instat testamenti, deheatur hæc substituendi exemplariter potestas.

37 Octaua conclusio. Professus hic inter filios diuidens nequit filijs impuberibus assignare tutorem, quia non habet eos in sua potestate. Sic Speculatorius tit. de statu monachorum. §. unico num. 61. quest. 55. Bald. d. authent. si qua mulier. num. 30. addit Speculatorius posse de equitate dicti illum tutorem confirmandum à Iudice, argumento insit. de tutelis. §. finali. & l. penult. & l. finali. C. de confirmando tutore. Sed hoc intelligendum est cum Baldo eo num. 30. quando nullus esset legitimus tutor, vel esset minus idoneus: quando enim esset legitimus idoneusque, cum iam haberet ius acquisitum à tempore professionis patriam, requirit ei præiudicari.

38 Nona conclusio. Professus in eo testamento aliqua legare nequit, nec si fateatur dotem ab vxore receptam, vel se aliquid per viuas extorsisset concessio non præiudicaret monasterio, nisi res illa legitime probaretur, quia, cum per professionem ius quælitum sit monasterio, nec aliter, quam inter filios diuidere huic permittatur; non potest sola concessio præiudicare. Atque ita docent Speculatorius tit. de statu monachorum. §. unico num. 66. quest. 59. Paulus authent. ingressi. num. 12. C. de sacrosanctis. Eccles. & ibi Ioan. num. 23. Bald. d. authent. si qua mulier. num. 2. & 3. qui limitat num. 4. nisi de consensu Abbatis, & conventus. Sed credo hæc habere locum in foro extero, quippe si hæc concessio concurreret, ut iure optimo, prudenterque esset fides illi professo habenda, teneretur monasterium stare concessioni illi, & iuxta illam restituere.

39 Decima conclusio. Quando professus ille decedit non facta diuisione inter filios, succedit monasterium capax succedendi in omnia illius bona, præterquam in filiorum legitimam, ut expressè habetur d. authent. si qua mulier, & docent Francus rubr. de testament. in 6. num. 65. Nauarr. comment. 2. de regul. num. 10. Atque ita in hoc regno succedet in solam quintam bonorum partem. Quod si professus ille haberet solos descendentes, succederet in tertiam bonorum partem, quæ constat ex dictis numero 19. 21. & 27. Quando autem monasterium iure succedendi caret, dicimus infra.

40 Vltima conclusio. Religiosi Societatis IESV, qui vota biennij emittunt, liberè que habent, nec ante ea vota de bonis disposituris, possunt inter liberos prædictam diuisionem facere, & maioratum ex tertio bonorum in aliquo illorum instituire absque aliqua superioris licentia, quia id concessum est professis, neque illis, qui sola vota simplicia emittunt, obstat promissio initio ingressus facta disponendi de bonis in opera pia ex præscripto superioris, quia id intelligitur absque filiorum præiudicio; teneretur tamen irritum illius professionis dispositio de quinta bonorum parte in opera pia ex superioris præscripto, cum Societas iure succedendi caret, & in hoc absque filiorum præiudicio possit suam promissionem implere. Insuper etiam prædictam diuisionem facere teneretur in omnia irrevocabilem, ut se bonis spoliaret absque spe recuperandi potestque filijs substituere non pupillariter, quia eos non habet in sua potestate, ut probauimus supra. Et ideo sicut ob hanc rationem id negamus professis in hoc cap. num. 34. ita id negandum est ligatis his votis; sed poterunt substituere in modis, quibus concessimus professis posse substituere, hoc cap. num. 35. & 36.

41 Vtrum autem quando hic professus testatus fuerat in seculo, vel diuiderat omnia bona, vel partem illorum inter filios, possit post professionem diuidere, & facta reuocare, dicemus cap. sequenti. num. 7.

CAPVT X.

An patre professo debeat statim legitima filiis, & de contra filio professo debeat statim legitima parentibus?

S Y M M A R I V M.

Quando religio est succedendi incapax, debetur statim legitima; & idem post professionem, aut vota coadiutorum formatorem in Societate IESV. n. 1. Quid quando est incapax referatur quoad sententia. n. 2. Explicatur sententia auctoribus, & soluitur contraria. n. 3. & ibi remissio, an tradenda sit hac legitima simul cum usufructu quem in illam habet pater? Quid si filii sint illegitimi. n. 4. Quid si filius sit impubes? n. 5. Quid de reliquis Societatis IESV, qui vota biennij emiserunt. num. 6. Quid si pater diuisionem inter liberos fecerit. n. 7. An saltem monasterium teneatur eos liberos aliam spurios alere. num. 8. Quanta honorum pars sit eis pro alimentis assignanda. n. 9. An cum filius proficetur, debeat statim legitima parentibus. num. 10. An saltem debeantur alimenta parentibus. n. 11. An filius professus possit petere legitimam patris superstitis, aut alimenta? n. 12.

1 QVÆSTIO hæc grauissima, & satis inter Doctores controversa est: consistit autem inter omnes, quando religio est succedendi incapax, deberi statim à die professionis legitimam parentis filiis, & de contra Ratio est, quod ea professio æquiparetur morti naturali; atque ita docent Iason aubert. si qua mulier. num. 57. C. de sacrosanct. Eccles. Berouius cap. in presentia. num. 55. de probat. Rolandus à Valle de lucro dotis. quest. 95. num. 17. Alcanius Clemens de parria potestate. cap. vltim. nu. 78. Crassus de successione ab intestato. §. legitima. quest. 12. numero 7. Gutierrez quest. canon. lib. 2. cap. 1. num. 93. Tapia aub. ingressi. verb. sua. cap. 3. num. 28. C. de sacrosanct. Eccles. Hondedeus conf. 60. num. 9. vol. 1. Atque idem dicendum est post professionem, aut vota coadiutorum formatorem in Societate IESV, quia similiter hæc æquiparantur morti naturali, vt diximus supra.

2 Difficultas autem est, quando monasterium est succedendi incapax. Duplex est sententia. Prior est, non deberi legitimam filiis à tempore, quo parentes proficentur, sed naturalem eorum mortem expectandam, & interim monasterium ea potiturum. Ducitur ex aub. si qua mulier. in fine. C. de sacrosanct. Eccles. vbi disponitur, obeunte patre professo nulla bonorum diuisione facta, filios percepturos legitimam. Ergo à contrario sensu non percipient viuentis patre. Secundo, quia legitima non debetur superstiti parente. l. i. §. impuberi. ff. de collatione bonorum. nec in hoc casu contrarium iure disponitur nam textus cap. cum finis, de regularibus, cui contraria sententia ininitur, id non probat; nam constat, patrem tunc viuentem. Et ideo hanc sententiam sustinent Albertus antiquus glossator, quem refert, & sequitur Glossa d. aubert. si qua mulier. verb. moriatur. & §. si qua mulier. verb. persona. aubert. de sanctiss. Episcop. Bart. et aubert. si qua mulier. num. 22. & ibi Cynus num. 5. Iacobus Butrigarius quest. 8. Petrus de Bellapertica col. vlt. Alberticus num. 7. & S. Salycetus ibi. num. penult. quest. 11. & ibi eius additionator Iason à numero 51. vsque ad 56.

Idem Bart. allegatis Dyno, & Speculatoribus, l. si quis à liberis. §. item rescriptum, in fine. ff. de liberis agnosc. quamuis enim non dicat in propriis terminis, ait tamen monasterium teneri ad filios professi alendos, vbi additionator vers. quare quid. el. 1. ait clarè sentire Bartolum non astringi monasterium ad dandam filiis legitimam: si enim ad id astringeretur, liberum esset ab alendi eos obligatione. Eandem sententiam tenet Anton. cap. in presentia. num. 29. fin. de probat. & ibi Felinus num. 56. Decius in noua edit. num. 262. Paris. num. 166. Berouius num. 736. Abb. licet aliquantulum dubius, cap. cum finis. num. vltim. de regular. Inola l. sicim dotem. 2. §. in princip. numero 12. & 13. folio matrimonio. Ioann. Calderinus in cap. si pater. in fine. de testamentis. in 6. & ibi Bald. ad finem. idem Abb. conf. 63. ad finem lib. 1. Ananias c. 2. fin. de delictis priorum. Aretinus l. 1. num. 6. ad finem. ff. de testamentis. & ibi Perreus num. 18. & 19. Guillelmus Benedictus cap. Raynuius. verb. mortuo inque testatore. l. 1. num. 299. Rolandus quest. 97. num. 29. volum. 2. & de lucro dotis. quest. 95. num. 17. Gregorius Lopez l. 17. verb. sub his. tit. 1. part. 6. Crocius l. galus. §. & quid si tantum. num. 29. ff. de liber. & posthum. Alcanius Clemens de parria potestate. vltimo. num. 77. & 78. (habetur tomo 8. tractatum. part. 2.) Menchaca de successione. lib. 3. §. 21. num. 173. & de controuersis. lib. 1. cap. 57. num. 10. Perez Additionator ad Seviam l. imperator. num. 12. §. ff. ad Trebel. Passager. tractat. de testam. rubr. 7. num. 27. & duplici sequenti in aliam edit. rubr. 16. num. 1. 9. Pancitrol. conf. 114. num. 20. 1. vol. 1. Claudius Bluct. tractat. de legibus. ar. 8. num. 13. & 14. Guil. Orcho quest. Academic. lib. 1. quest. 67. ar. 4. Surdus conf. 238. num. 10. lib. 2. Beccius conf. 34. num. 18. & 19. vol. 1. Martenzo lib. 5. recap. tit. 4. l. 3. gloss. 2. num. 3. Spino. peculiar. testam. §. 12. principali. numero 32. Gratian. reg. 45. 6. num. 9. Tapia aubert. ingressi. verb. sua. cap. 3. num. 21. Gutierrez quest. canon. lib. 2. c. 1. à num. 79. Castillo de usufructu. lib. 1. cap. 64. num. 10. & 11. Benedic. Egidius l. 1. p. 4. §. 2. num. 8. C. de sacrosanct. Eccles. Ludouicus Lopez lib. 2. de contrahibilibus. cap. 30. quest. 3. notab. §. Manuel quest. regul. tomo 2. quest. 80. ar. 2. vers. notandum insuper. Et hæc sententia est probabilissima.

3 Posterior sententia, cui tanquam probabiliori adhaereo, alserit, statim ac patres proficentur, deberi legitimam filiis. Ducit ex cap. cum finis, de regular. ibi; & bona paterna que ipsi ex successione promouent, postulare. Nec est verum, patrem in eo casu fuisse mortuum. Quia id non dicitur in textu: nec obstant ea verba; que ipsi ex successione promouent, que indicant patrem fuisse mortuum, cum nulla successio, aut hereditas uiuentis sit. L. qui superstitis. ff. de acquir. hered. Nam etiam monacho uiuenti datur successio, & satis tractatur de patris proficelli successione, inspecto professionis tempore, cum tunc moriatur ciuilitate, & desinat esse in rerum natura iuris fictione. Nec obstat etiam Felinus cap. in presentia. in 56. de probat. affirmare, ex integra illa decretali, quam vidit, apparere patrem fuisse mortuum. Nam Corlesius singulari l. 60. num. 1. ait, se integrum decretalem illam vidisse, legitime, ac relegisse, & nihil in ea inuenisse, ex quo appareat patrem fuisse mortuum. Secundo, quia si filii non possent petere legitimam statim ac pater proficetur, cum tunc sit monasterio illam retinendi vsque ad patrem mortem, iniuria irrogaretur monasterio priuando illud iure quæsto, concedendo patri illam diuidere inter filios, prout concedit dicta aub. si qua mulier. Sed quia hoc ius competeat filiis, datur patri prædicta facultas. Tertio, ex §. si quis autem vers. si vero filios. aubert. de monachis. vbi indicatur, statim à professione deberi legitimam, nec mortem expectandam, ibi; nihilominus quarta debeatur filiis. Quare, quia cum alimenta debeantur filiis dum pater viuit, & sunt extra eius curam, durum esset ea exigere à religione toto vite paterna tempore. Nec obstat contracta ad quæta n. præcedenti. Non primùm, quia argumentum à

contrario

contrario sensu non rectè deducitur, vbi contrarium est expressum in iure, vt latè probauit lib. 6. de matrimonio. disputat. 21. num. 9. ad 5. At contrarium est decimum cap. cum finis, de regul. vt proxime probauit. Vel secundo responderetur, ea verba stare enunciativè, quasi sensus sit, si obierit pater non facta diuisione, nec ab ipsi filiiis antea petita legitima, debere tunc dari. Nec obstat etiam secundum, quia etsi regulariter non debeat legitima filiis viuo parente, fallit in hoc casu. Et ideo huius sententia sunt Glossa cap. transmissa. verb. mota. in 1. solut. qui filii sint legitimi. & ibi Abb. num. 6. Alexand. de Neuo num. 10. & 11. Glossa §. si quis autem, vers. illud. verb. datur. aubert. de monachis. & aubert. num. autem in fine. C. de Episcop. & clericis. idem Abb. cap. in presentia. num. 59. de probat. & ibi Barbatus num. 124. Additionator ad Decium ibi. in noua edit. circa num. 162. littera F. & ibi Mantuanus num. 72. Cardinal. d. cap. cum finis. non. vltimo. quest. 11. & ibi Anchar. sine. Ananias num. 3. & ibi Sapia addit. ad Abbat. ad finem. littera D. & Iacobus de Belbia, quibus addit refert Baldus l. si qua pater. num. 5. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. Romanus l. sicim dotem. in princip. num. 1. ff. saluto matrimonio. Francus rubrica de testamentis. in 6. num. 66. notab. 3. Nouellus de dot. part. 1. num. 11. Caslancus in consuetud. Burg. rubr. 7. §. 2. super text. du. vers. pass. num. 5. limitatione 4. Additionator ad Bart. d. aubert. si qua mulier. num. 22. verb. legitimum. Alexand. l. Cornelia. num. 7. ff. de vulgari. Socinus iunior conf. 51. num. 7. lib. 1. Cotletus singulari 162. num. 3. Corta in memorabilibus. verb. legitima uiuentis patre. Nauar. comment. 2. num. 48. & 54. de regular. Angel. in summa. verb. religio. num. 49. & verb. hereditas. num. 12. Syluest. verb. hereditas. l. quest. 7. num. 10. dicto 6. & verb. religio. 6. g. 1. dicto 1. Tabiena verb. hereditas. quest. vltim. verb. religio. quest. 32. num. 33. Mantuanus tractat. de legitima. in repeti. super eadem aubert. col. 8. ad 4. Redoanus tract. de sibiis ecclesiasticis. quest. 8. in princip. num. 73. & 74. (habetur tomo 14. tract. 1.) Emmanuel Suarez in thesuro recep. sent. littera L. num. 71. Crassus in suis communibus opin. lib. 2. cap. 5. quest. 24. Anton. Cucus tractatu de legitima. rub. legitima an augetur aucto patris matrimonio. à nu. 71. vsque in finem. & lib. 3. in princip. ar. 1. num. 109. Villalobos in suis communibus opin. littera F. num. 160. Fabianus de Giochis repeti. aubert. nouissima num. 80. C. de inoffens. testamento. Corraus repeti. in l. silius. num. 190. fin. C. formis hereditate. Cesar Vrellius Additionator ad Muribeam de Afflic. decisione Neapolitana 328. sine. Vincentius Carolus de excussione honorum. l. part. quest. 10. principali. in quest. 9. num. 16. & in hanc magis inclinat, licet dubius, Bertrandus conf. 222. sine. volum. 5. Pyrrhus tractatu de iuritate. in princip. à num. 8. vsque ad 16. (habetur 8. tomo tract. part. 1.) & post consuetudines Aurelianenses. c. 2. col. 4. Segura l. Imperator. num. 125. ff. ad Trebellian. Couar. cap. 2. num. 7. de testamentis. Nicolaus de Vbaldis de successione ab intest. vbi de successione. regul. 2. p. num. 11. (habetur 8. tomo tract. part. 1.) Angelus de Gambalcoibus de testamentis in princip. à num. 5. habetur ibidem. Menchaca de successione creatione. lib. 2. §. 10. num. 284. & de successione. progressu. lib. 1. §. 1. num. 48. Duenas regula 356. num. vltim. Berengarius Fernandez l. in quartam. cap. 1. principali. præstat. 2. in 2. cap. legitima. num. 11. fallentia 7. ff. ad legem Falcidian. Angulo de meliorat. l. 1. gloss. 3. num. 17. & 28. Azcedo lib. 5. recap. tit. 3. l. 1. num. 45. Hondedeus conf. 60. à num. 18. vsque in finem. & conf. 61. à n. 9. vsque in finem. vol. 2. Andreas Fachneus in controuersis iuris. lib. 6. cap. 13. vers. ego priorem. Crassus de successione ab intest. cap. 5. legitima. quest. 12. num. 6. Anchar. in suis questionibus familiaribus. lib. 2. cap. 47. num. 10. Ioan. de Monte Sperello conf. 46. num. 9. vol. 1. Lælius Zecchius summa. part. 2. cap. 58. num. 16. fin. Leonard. lib. 2. de iust. cap. 41. d. ubi 10. n. 83. Molina tomo 1. de iust. disp. 130. col. 5. vers. an verò statim. Azor tomo 1. in iust. moral. lib. 12. cap. 8. quest. 7. & hanc sententiam dicunt veriorè attendere aequitate canonica, quamuis assentia æquitate ciuili, contracta esset verior. Paulus

aubert. num. autem in fine. C. de Episcop. & cler. & d. aubert. si qua mulier. num. 6. & ibi Bald. num. 38. Vtrum verò sit tradenda hæc legitima simul cum usufructu, quem in illam habet pater, dicemus infra.

4 Quod etiam verum habet in filiis quibuscunque illegitimis, cum legitimis deficiunt, in his regnis, in quibus succedunt quoad portiones, in quas succedunt parentibus, Quia eadem est ratio: & sic intelligunt Doctores excipientes filios illegitimos, nempe, quando ius succedendi non habent. Atque ita tradunt Nauar. comment. 2. n. 48. de regul. Azor tomo 1. in iust. moral. lib. 12. c. 8. quest. 7. Molina tomo 1. de iust. disp. 140. col. 3. vers. à regula illa.

5 Nec legitima debet remanere apud monasterium, eo quod filius sit impubes, sed tradatur tutori, vt bene docet Ananias cap. cum finis. num. 3. de regularibus.

6 Sed si loquamur de religiosis Societatis IESV, qui sola biennij vota in ea emiserunt (nam de reliquis eiusdem religiosis diximus num. 1.) credo legitimam non deberi filiis statim ac ea vota emittuntur. Quia hi religiosi retinent bonorum suorum dominium ad tempus, donec vel proficentur, aut vota coadiutorum formatorem emittant, aut eis bonis renunciant, vt dicitur in constitutionibus eiusdem. part. 4. cap. 4. in declar. littera E. & in Bulla Gregor. XIII. ascendente. Et ideo non est eadem ratio, ac de aliis professis: eo vel maxime, quia tenentur renunciare superiore iubente, & Societas his bonis non potitur.

Nostra autem sententia, vt statim debeat legitima filiis, est multo certior, quando pater inter eos diuidit, iuxta aubert. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles. eius enim illa eius verba denotant, quod autem eis non deroget, riu. monasterio competeat. Nam supponunt bona diuifiberos: dita esse filiis, quippe dare est dominium, vt ingressus resse itaque instit. de altionibus: domum suam auelit monasterio traditione non transferitur. l. traditionibus si verò in hoc Idem denotant ea verba, inter eos diuiderent potest reuocant actum exequutionis: & ita doctea causa sit; at po- Additionator ad Specul. in de statu. vol. 1. num. 500. rubr. legitima an augetur aucto patris matrimonio. & limitat vers. verumtamen pace. Angul. de mltion. xxiij. et sum. c. 23. & 26. Benedic. Egidius l. 1. part. 4. §. 2. num. 8. C. de sacrosanct. Eccles. quamuis non desine, qui adhuc expectandam mortem naturalem parentis asserant. Hi sunt Iacobus Butrigarius ea aubert. si qua mulier. quest. 8. Parisius cap. in presentia. numero 166. de probat. & ibi Berouius num. 536.

8 Quidquid tamen sit de his opinionibus, quamuis fateamur legitimam non statim filiis tradendam, sed remansuram apud monasterium, dum pater viuit, est necessario dicendum, teneri monasterium retinere ea bona ministrare alimenta filiis. Quia transeunt bona cum illa obligatione, quam habebat pater; quod indubitatum est, ac multis citatis tradit Surdus de alimentis. tit. 1. quest. 29. à num. 1. vsque ad 5. Imola, Paulus aubert. si qua mulier. num. 7. C. de sacrosanct. Eccles. Felinus cap. in presentia. num. 56. de probat. Guillelmus Benedictus cap. Raynuius. verb. mortuo inque testatore. el. 1. num. 299. de testamentis. Gutierrez quest. canon. lib. 2. cap. 1. num. 90. tradunt integrum esse his filiis petere assignari sibi certa bona, ex quibus alimenta percipiant. Quæ omnia intelligenda sunt casu, quo pater teneatur eos alere, nempe, in subsidium, quando filij alimenta non habent: cum monasterium parentis bona retinet, in solam obligationem paternam succedat. Immo & monasterium teneretur alere filios spurios talis monachi, quando pater eos alere tenebatur. Nam similiter bona illius hoc onere affecta erant, vt optime tradit Couar. 4. decretal. 2. part. cap. 8. §. 6. num. 14. & Surdus alios allegans ea quest. 29. num. 9. quamuis id male neget Menchaca de successione ratione. lib. 2. §. 20. num. 317. dicens intelligendum in foro externo: id enim in vtroque foro est in

est intelligendum, cum pater in utroque foro his filiis carentibus alimentis teneatur ea ministrare.

Quod si queratur, quanta bonorum parentis professi pars assignanda sit filiis legitimis ad alimenta; Surdus de alimentis tit. 4. quest. 2. §. 1. ff. de liber. agnos. allegatis Bart. Paulo, & Decio, tradunt teneri monasterium assignare his alimentis totum legitimum usufructum. Sed Menchaca de successione, progress. lib. 1. §. 1. num. 48. dicit se hoc non firmare; & meo iudicio id merito dicit, quia, cum monasterium in solam illius professi obligationem succedat, & professus in seculo manens tantum teneatur assignare alimenta necessaria statui filiorum, eadem obligatione monasterium illius bona retinens astringitur. Quare si fructus legitime ampliores sint, quam alimentorum necessitas petit, residua erunt monasterij. Immo si fructus legitime ad alimenta non sufficiant, teneatur in foro conscientie monasterium alia bona illius parentis ultra legitimam habens, ministrare ex illis quod deficit ex legitima: sicut pater in seculo existens ad id teneatur. Et ita docent Sylvest. verb. hereditas. l. 1. pari. quest. 7. nu. 10. dicto 6. Angel. verb. hereditas. num. 22. & ibi Tabiena quest. ultim. Quare manifestum est, non esse fructus legitime mensuram huius obligationis.

Sed quid est contra, cum filius proficitur in religione capaci succedendi, an statim debeat legitima parentibus, quam habent in bonis filij? Et non debent, sed remanentur apud monasterium usque ad mortem naturalem filij, affirmat Antonius in presentia. nu. 29. fin. An probat. Gutierrez, quest. canon. lib. 2. cap. 1. num. 93. Benedictus l. 1. pari. 4. §. 2. num. 8. C. de sacrosancti. Eccles. An saltem gratium docent Azebedo lib. 5. recap. tit. 8. l. 1. n. An filius proficitur in religione? moral. lib. 12. cap. 8. quest. 8. dicentibus. Sed breuiter tenendum est, cum hæc equiparentur, ac uniformiter debeantur.

Quæstio, quæ questione esse dicendum. Quare controuersa iuris sententia relatæ num. 2. dicendo religio est, non debent filij statim ac pater profiteffionis unum quoque est, nec legitimam debentur, quod ea pater ac filius proficitur. At tenendo notandum est, saltem in relatæ num. 3. dicentem statim debentur eam legitimam filij, dicendum quoque est, statim debentur hanc legitimam parentibus. Atque ita asserunt de utraque iudicandum Bertrandus conf. 211. n. 5. vol. 6. Menchaca de successione creatione lib. 2. §. 20. num. 284. Tapia auctor. ingressi. verb. sua. cap. 4. sine. C. de sacrosancti. Eccles.

Si tamen non detur legitima parentibus post filij professionem, tenebitur monasterium eius bona capiens illis ministrare alimenta, sicut diximus num. 8. & 9. teneri ministrare filijs profecti patris, cum eadem sit ratio; & sicut bona parentis adfecta sunt ad alendos filios, ita bona filiorum ad alendos parentes indigentes; & ita allegatis Speculatore, & Bart. tradit Surdus de alimentis tit. 4. quest. 29. num. 9. & 10. Quod (vt diximus n. 8.) intelligendum est, quando parentes aliunde alimenta non habent: nam habentibus aliunde minime teneatur filius alimenta suppeditare.

Idem demum obseruandum est, nequaquam parte supersite debent legitimam filio profecto. Quod viuentis nulla sit hæreditas. L. qui superstitis. ff. de acquir. hered. & post solam parentum mortem debeat filius legitima. l. 1. §. si superstitis. ff. de collatione bonorum. & tradunt Iason dicens indubitatum d. aubert. si qua mulier. nu. 5. Decius cap. in presentia non noua ed. num. 263. de pr. & ibi Felinus num. 56. & alij, quos refert Tapia in ingressi. verb. sua. cap. 4. num. 10. & quamuis ibi ab hac sententia recedere videatur; at num. 11. dicit non esse recedendum in iudicando ab hac sententia, nisi pater vergeret ad inopiam dissipando bona sua. Tunc enim casu, quo filius existens in seculo posset petere legitimam, poterit quoque monasterium eius nomine, vt potest quod in omnia illius iura succedit. Addit insuper

posse petere filium alimenta; sed hoc verum est, quando monasterium ea non suppeditare tenetur.

CAPVT XI.

An professo integrum sit testamentum ante professionem factum, aut diuisionem factam inter liberos post professionem reuocare, aut declarare?

SVM MARIVM.

An professus in monasterio incapax succedendi, possit testamentum antea factum reuocare? & quid de profectis, & caadiuoribus formatis Societatis IESV. n. 1.

Quid si monasterium sit succedendi incapax? referatur duplex sententia. n. 2. & 3.

Quam solemnitate exigat hæc reuocatio. n. 4.

Explicatur sententia auctoribus, & soluntur argumenta. numero 5.

An monachus factus Episcopus possit testamentum antea factum reuocare? n. 6.

An professus, qui antea inter liberos disposuerat, aut de bonorum parte, possit post professionem disponere? numero 7.

Quid si testamentum ante professionem factum fuit irritum? num. 8.

An melioratio filij reuocabilis possit post professionem reuocari? num. 9.

An donatio causæ mortis, & donatio inter coniuges, ita professione confirmetur, vt post illum reuocari nequeant? num. 10.

An diuisio bonorum inter liberos a profecto facta possit ab ipso reuocari? n. 11.

An monasterio sit integrum reuocare hoc testamentum, aut has donationes? n. 12.

An Pontifex possit indulgere reuocatio, vt possit reuocare? referatur quadam sententia. n. 13.

Explicatur sententia auctoribus. n. 14.

An testamentum antea factum possit profectus declarare: proponuntur probantia non posse. n. 15.

Explicatur sententia auctoribus, & contraria soluitur. numero 16.

Quid si non esset vera declaratio, sed vellet aliter intelligi verbarum? num. 17.

Quid si declaratio verbis non quadret? n. 18.

Quid si in testamento legasset aliqua operibus pijs a se post professionem declarandis? n. 19.

An possit religiosus reseruare sibi facultatem reuocandi testamenti? n. 20.

Quando monasterium est succedendi incapax, vt est religio erdium Minorum, constat inter omnes, non esse integrum professo testamentum antea factum reuocare, quia, cum ea profectio reputetur tanquam mors naturalis, confirmat omnino testamentum antea factum, ita vt amplius irreuocabile sit. Atque ita fatetur Bart. in tit. Minorum. lib. 4. dist. 2. c. 3. fin. & aubert. si qua mulier. n. 11. & sequæ ad 13. C. de sacrosancti. Eccles. & ibi Paulus num. 5. & ibi Salycetus fin. & ibi Bald. num. 21. & ibi Petrus de Verginia additionibus ad Burgarium. quest. 2. Antonius cap. in presentia. num. 3. 4. de probat. & ibi Imola num. 21. Berouius num. 338. Rosell. aubert. ingressi. sine. C. de sacrosancti. Eccles. Gozadinus conf. 41. num. 6. Iason l. gallus. §. quid si inuicem. n. 12. ff. de liberis, & posthumis. & ibi Marius Salomonius num. 40. sine. Guillelmus Benedict. cap. Raynuius. verb. mortuo itaque testatore. el. 1. num. 102. Greg. Lopez l. 17. verb. pused. tit. 1. p. 6. Simon de Præcis de interpretatione ultima voluntatis. lib. 2. interpret. i. dub. 1. solut. 7. num. 5. & 6. Mandel. conf. 712. num. 4. vol. 4. & denique omnes.

Difficultas

Difficultas autem est, quando religio est succedendi incapax. Quam re est triplex sententia. Prima tenet absolute huic professo esse integrum reuocare testamentum ante professionem factum. Ducitur ex l. sed si mors. l. 4. ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi cum tradat donationem inter coniuges confirmari morte ciuili, vt de portatione, tanquam si mortuo marito rata habeatur, subiungitur sic. Ita tamen, vt non adimatur maritio licentia eam reuocare; quia & mors eius expectanda est, vt tunc plenissimam habeat firmitatem. Atque idem profusus habetur l. res vxoris. 25. C. eodem tit. ergo similiter non adeo confirmatur testamentum ciuili morte per professionem inducta, quin durante naturali profecti vita possit illud reuocari. Secundò, ex l. cum pater. §. hereditatem. ff. de legat. 2. vbi habetur, per mortem ciuilem non extingui ius antea acquisitum; ergo nec extinguetur per hanc ciuilem profectus mortem ius reuocandi testamenti usque ad mortem, acquisitum ante professionem. Tertiò probatur ex l. ex factis. §. si quis rogatus. el. 2. ff. ad Trebel. & lex ea parte. §. infam. ff. de verb. obligat. & l. Statium Florus. §. Cornelio. ff. de iure fisci. ex quibus habetur, fideicommissum post mortem restituendum non debent post mortem ciuilem; & subditur ibi ratio, quia potest fideicommissarius mori superflite instituto. Sic ergo morte ciuili profectus non confirmatur irrevocabiliter testamentum, cum possit hæres in eo institutus obire ante naturalem profecti mortem. Tandem, quia si profectus nequit reuocare testamentum, id euenit quod non sit rerum, de quibus disposuerat, dominus. At necessarid dicendum est, eum esse dominum tempore mortis, à quo vires sumit & testamentum, & eius reuocatio. Nam cum ex tunc succedat hæres in eo institutus, & antea pertinet hereditas illa ad monasterium, non solum quoad usufructum, sed etiam quoad dominium, vt diximus hoc lib. supra, nisi dicamus tunc profectum esse illarum rerum dominum, non possit habere hæredem ex testamento antea condito, quia dominium rerum transit ad defuncto in hæredem, l. cum hæres. ff. de acquir. possess. ergo potest testamentum reuocare. Atque ideo hanc partem sustinere videtur Glossa penult. l. 1. ff. de testam. vbi ait testamentum non effici irrevocabile per solam mortem ciuilem, sed per naturalem; & tenet Bart. ibi. numero 7. Cumanus numero 9. Aretinus numero 5. idem Bart. l. sed si mors. numero 2. ff. de donat. inter vir. & vxor. & aubert. si qua mulier. num. 14. C. de sacrosancti. Eccles. & ibi Petrus de Verginia Additionator aut Burgarium. quest. 2. Anton. conf. 711. condidit testamentum. numero 1. & cap. in presentia. numero 3. 4. de probat. & ibi Imola numero 22. sine. Rosell. aubert. ingressi. sine. C. de sacrosancti. Eccles. Corsetus tract. de pauperum testatorum. tota quest. 10. Suarez allegatione 20. numero 25. & duplici sequenti. llo. l. 17. Tauri. num. 6. Menchaca de successione progressi. lib. 1. §. 2. numero 52. & 53. Decianus toto conf. 3. lib. 3. Caldas de nominationis emphyteutice reuocatione. c. p. 3. numero 17. Matienzo lib. 5. recap. tit. 6. l. 1. gloss. §. numero 4. Burgos de Paz l. 3. Tauri. numero 688. Eugenius conf. 58. numero 31. volum. 1. additque numero 32. hoc esse sine dubio, quando non reuocaret conficiens aliud testamentum, sed tamen declarans se velle intestatum decedere, & subinde bona monasterio acquiri. Mandel. conf. 712. numero 4. volum. 4. & hanc videtur tenere Craffus de successione ab intestato. §. testamentum. quest. 34. numero 8. hanc enim refert in vitio loco, subditque esse indubitatum, quando esset reuocatio in fauorem liberorum; & Corneo Additionator ad Antonium Gomez l. 3. Tauri. numero 13. fin. dicit se non asurum ab hac recedere in iudicando, & consulendo, propter autoritatem tenentium eam, quamuis in puncto iuris veritatem contraria. Eiusdem sententia est clarè Simon de Præcis de interpretatione ultima voluntatis. lib. 2. interpret. i. dub. 1. solut. 7. numero 5. & 6. vbi ait tunc morte ciuili effici irrevocabile testamentum,

Summa To. Sanchez pars 111.

quando eiusdem omnino effectus est cum morte naturali, vt si fiat professio in ordine Minorum.

Secunda sententia sustinet integrum esse reuocare, disponendo aliter in fauorem filiorum, aut monasterij, non autem in extranei fauorem. Ducitur ex aubert. si qua mulier. C. de sacrosancti. Eccles. vbi conceditur profecto testari in fauorem filiorum, & monasterij; ergo à fortiori licebit in horum fauorem prius testamentum reuocare. Quod si dicas, ibi exprimi, quod professus antea testatus non fuerat, ibi; antequam de rebus suis inter eos disponat, monasterium intret. Respondet Cynus ibi. numero 4. suppleendum esse dictionem maxime, quali idem reuocando in fauorem filiorum liceat, et si prius ille testatus sit. Et ideo huius sententia sunt Cynus ea aubert. si qua mulier. num. 4. & ibi Paulus num. 5. explicans, et si prius testamentum fuerit inter liberos, Baldus ibi. numero 22. explicans extraneum dici omnem illum, cui legitima non debetur, & aliud quoque monasterium; additque hanc reuocationem licere, quantumuis prius testamentum in filiorum, aut sui, vel alieni monasterij fauorem factum sit. Iason ibi. numero 33. Salycetus ibi. numero 6. fin. & seq. explicans, licet testamentum ante professionem factum fuerit inter liberos, & ibi Iacobus Butrigarius quest. ultim. & Petrus de Bellapertica col. penult. & vtrique explicat, licet testamentum inter liberos conditum sit; additque Bellapertica licere hanc reuocationem toties quoties professus voluerit usque ad mortem. Decius cap. in presentia in noua ed. n. 65. de probationibus. & ibi Paris. num. 170. Berouius num. 537. sic explicans, quando ingressus habet liberos, potest prius testamentum reuocare inter ipsos liberos; si autem liberis carebat, & cõtemplatione ingressus testatus est, non potest reuocare, etiam si velit monasterium instituire, vel aliam piam causam: si vero in hoc casu non contemplerit ingressus, non potest reuocare in fauorem extranei, quamuis pia causa sit; at potest in fauorem monasterij sui. Guillelmus Benedictus cap. Raynuius. verb. mortuo itaque testatore. el. 1. num. 300. de testam. Gozadinus conf. 41. n. 9. & 10. fin. & limitat num. 17. nisi quando testamentum sortitum est suum effectum à die professionis, quod ita fortis distulserit testator. Ita Iulius Clarus lib. 3. recapitulum. §. testamentum. quest. 28. fin. Greg. Lopez l. 17. verb. pused. tit. 1. pari. 6. Gratianus regul. 456. num. 5.

Dicunt autem aliqui ex his Doctoribus in hac testamenti reuocatione, vt potest quæ à profecto facta est, solam iuris canonici solemnitate desiderari, nempe adhiberi duos, vel tres testes. Sic docent Anton. conf. 79. num. 2. & cap. in presentia. num. 35. de probat. & ibi Imola num. 22. in fine. Iason aubert. si qua mulier. num. 26. C. de sacrosancti. Eccles.

Tertia sententia, quæ omnino mihi placet (quamuis autoritate Doctorum, nõ autem ratione cogar veramque præcedentem probabilem appellare) ait nullatenus integrum esse professo testamentum reuocare. Ducor, quia eadem potestas exigitur in actu dissoluto, quæ in iplo constituendo. l. si vi proponis. 7. sine. C. de nuptiis. Atque ideo ad eum solum spectat reuocare testamentum, qui potest ipsum condere: sed professus nequit condere testamentum; ergo neque prius conditum reuocare. Secundò, quia per professionem ita moritur mundo, vt nihil proprium habere possit, nec incipere de bonis antè habitis quidquam disponere, an rem ingressi. C. de sacrosancti. Eccles. ergo nequit testamentum reuocare. Tertiò, quia specialiter indultum est profecto, qui ante professionem de rebus suis non disposuerat, disponere post professionem inter liberos, & monasterium: ergo id indultum valde exorbitans à iure, & professionis instituto, non est extendendum ad profectum, qui antea testatus fuerat; sed potius argumento ducto à contrario sensu, & à speciali, est dicendum, nullatenus huic profecto, qui prius testatus fuerat,

G g licere

licere de nouo disponere etiam inter monasterium, & liberos reuocando prius testamentum. Nec valet expolitio, quam n. 3. retulimus ex Cyno dicente supplemendam in ea authentica dictione maxime, cum quia omni fundamento caret, id supplendo: eo vel maxime quod longe diuersa sit ratio; id enim ex speciali gratia concessum est professo, qui antea non disposuerat, ne decederet nulla inter liberos dispositione facta, cui dispositioni omnia iura maxime fauent: quae ratio minime locum habet in eo, qui ante professionem testatus fuerat, quare tanquam specialis gratia non est extra suum casum trahenda. Nec obstant in contrarium adducta num. 2. Nam ad primum, & secundum responderetur, diuersam esse rationem, quod mortuus ciuilitate per deportationem potest in pristinum statum restitui, & sic restitutus reuocare donationem. At mortuus ciuilitate per professionem, nequit in pristinum statum redire, vt res suas recuperet. Ad tertium die, non remanere dominium apud monachum, sed illud esse apud monasterium toto vita profecti tempore, eoque mortuo transferri de monasterio ad haeredes testamento illo relicto: nec enim oportet, vt tempore huius translationis conferretur dominium in priori testatore, sicut etiam contingit, quando testator instituit aliquem haeredem, & auans, vt post mortem restituit alteri hereditatem. Ad argumentum secundae sententiae relatum num. 3. constat ex nostra vltima ratione, & ideo hanc sententiam tuerentur Abbas e. in praesentia num. 61. de probat. Francus rubr. de testament. in 6. num. 71. Imola l. 1. num. 13. ff. de testament. explicans, nec hoc posse reuocando solis verbis, siue incidendo prius testamentum, siue illud cancellando, & Angelus ibi num. 4. Decius a. in ingressi. num. 13. C. de sacrosanct. Eccl. Socinus iunior l. gallus. §. quid si tantum. num. 22. ff. de liber. & posth. Rubens conf. 155. sine. Angel. in summa. verb. religiosus. num. 60. & ibi Syluest. verb. religio. 6. quast. 4. Tabiena verb. religio. quast. 40. num. 41. Nauar. comment. 2. num. 53. de regular. Additionator ad Decium d. c. in praesentia. in noua editione. num. 265. verb. potest. Couar. cap. 2. num. 9. de testament. Gutierrez quast. canon. lib. 2. cap. 1. a. num. 37. usque ad 40. Spino specul. testament. in gloss. 6. rubrica, sine. Velafcus de partitionibus. cap. 16. numero 18. Auendaño iunior l. 17. Tauri. gloss. 6. numero 5. & l. 44. Tauri. gloss. 17. nu. 3. Ande. Fachineus in controuersis iuris. lib. 6. cap. 15. vers. esse sententiam. Angulo de meliorationibus. l. 1. gloss. 3. num. 12. Tapia d. a. in ingressi. verb. idoque nec de his. cap. 1. num. 67. Boëtius Epono in cap. 2. numero 16. de testament. Benedictus Egidius l. 1. part. 4. §. 2. numero 6. sine. C. de sacrosanct. Eccl. Molina tomo 1. de iust. dist. 140. col. 2. vers. vtrum verò religiosus. Azor tomo 1. instit. moral. lib. 12. cap. 6. quastiones 5. Manuel 2. tomo summa. cap. 32. num. 2. & quastionum regular. tomo 3. quast. 16. artic. 3. & quast. 69. artic. 3.

6 Nec monachus etiam ad dignitatem Episcopalem prouectus potest testamentum ante professionem factum reuocare, quia nec testari potest de bonis patrimonialibus, vt probauimus supra. Atque ita docet Tapia eodem cap. 1. num. 67. Nec audiendi sunt Iason ea a. in ingressi. num. 17. & ibi Petrus de Vergnia additionator ad Butrigarium. limitatione 6. dicentes id integrum esse monacho facto Episcopato.

7 Hinc deducitur primum, quando pater ante professionem disposuit, eum non posse post professionem disponere. Quare si titulo donationis ante professionem inter filios disposuit, quamuis ea sit reuocabilis, nequit professionem testari, vel aliquid immutare, quia cessat actio eius concessionis, a. in ingressi. C. de sacrosanct. Eccl. Non enim fuit, ne professus intestatus decederet; liberè enim, & valde meritorie se ea facultate per professionem priuauit, sed vt bona diuidat inter filios, quae ratio diuisione antea facta cessat. Atque idem concedendum esse in dispositione particulari, vt si vni filio est assignata legitima, vel si est in alio meliora-

rius; in solis reliquis bonis est integrum parenti disponere. Quod ea diuisione procedens in toto, habeat etiam locum in parte, cum sit eadem ratio. L. qua de iura. ff. de rei vendicatione. Quae omnia optime docet Angulo de meliorationibus l. 1. gloss. 3. num. 19. & sunt de mente Doctorum, quos numero 5. allegauimus. Quamuis Doctores duplicis sententiae contrariae allegati num. 2. & 3. contrarium dicentur.

8 Hoc tamen intelligendum est, quando testamentum ante professionem factum, mansit firmum: si enim id rumpere ob subsequutam filiorum natiuitatem, liceret vtique post professionem facere hanc diuisionem, vt bene docet Tapia a. in ingressi. verb. idoque nec de his. cap. 1. num. 67. Quod idem dicendum est, si quacumque alia ex causa prius testamentum sit nullum, quippe non praestat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum; regul. non praestat, de regulis iuris. in 6.

9 Secundò deducitur, meliorationem factam filio per parentes, quamuis aliis reuocabilis sit vsque ad naturalem parentum mortem, praeterquam concurrentibus solemnitatibus praescriptis l. 17. Tauri, fieri irreuocabile sequuta parentis professione, sicut morte naturali. Quod probant rationes adductae num. 5. contra duas priores sententias, quae contrarium tenent; & in propriis terminis tradunt Angulo eodem gloss. 3. num. 11. & 12. & Auendaño iunior ea l. 17. Tauri. gloss. 6. num. 4. & 5. addens bene id esse verum, siue ea melioratio in contractu, siue in testamento fiat. Quamuis in propriis terminis contrarium teneant dicentes posse reuocari, sicut idem docent de testamento Tello ea l. 17. Tauri. num. 6. & Mariceno lib. 5. recopil. tit. 6. l. 1. gloss. 3. num. 4.

10 Tertio deducitur, reuocandum esse a sententia, quam amplectitur Suarez allegat. 20. num. 116. 26. & 27. vbi ait donationem causam mortis, & donationem inter coniuuges, quae morte naturali confirmantur, & vsque tunc reuocari possunt, non confirmari professione emissa in religione capaci succedenti quoad hoc, vt nequeant post illam reuocari, quem sequutus sum lib. 6. de matrimonio. dist. 17. num. vltim. Sed re melius considerata censet confirmari professione quoad hoc, vt amplius reuocari nequeant. Quia rationes num. 5. adductae id probant, & hoc est conforme illi sententiae, & tradit optime Angulo eodem gloss. num. 13. & duplici sequenti. Quamuis, vt eadem dist. 17. n. 9. probat, neutra donatio confirmabitur professione in religione capaci succedenti quoad hunc effectum, vt statim sint tradenda bona donatori; sed solum tradenda sunt post naturalem profecti mortem, & interim iis poterit monasterium, quod idem diximus hoc libro supra.

11 Quarto deducitur, nec diuisionem inter filios a professo factam post professionem, posse ab ipso reuocari, quamuis contrarium dixerint aliqui Doctores, vt retulimus n. 3. Ducor, tum quia statim vt fit diuisio, tradenda sunt bona, vt probauimus c. praecedenti. n. 7. Non ergo superest facultas amplius reuocandi. Secundo, quia quauis licentia testamenti condidit professo concessa, non extinguitur primo testamento, sed id possit toties quoties liberit vsque ad mortem reuocari, & iterum feriat est diuersa ratio de testamento, & de hac diuisione; nam testatum est ambulatorium vsque ad mortem, & ideo licentia testandi intelligitur iuxta testamenti naturam, vt diximus supra. At haec diuisio non est testamentum, vt supra probauimus, licet professo, vt testatus decedat, sed solum, vt bona diuidat hiis, quod prima diuisione obtinetur.

12 Quintò deducitur, nec monasterio integrum esse reuocare testamentum, aut donationem causam mortis, vel inter coniuges, aut meliorationes reuocabiles, quae ante professionem fiunt; & ita docet Angulo ead. l. 1. gloss. 3. n. 19. tum quia haec omnia sunt irreuocabiliter confirmata per professionem, & subinde per illa ius reuocandi extinctum est: at iura monachi per professionem extincta, minime possunt in monasterium transire; tum etiam, quia ius reuocandi

reuocandi has donationes est personale, nec transit ad haeredes donantis, nec ad fiscum, vt eum aliis probat idem Angulo eadem l. 1. gloss. 9. a. num. 27.

13 Vtrum autem Pontifex indulgere possit monacho, vt possit testamentum ante professionem factum reuocare? Surdus conf. 90. numero 8. volum. 1. allegatis Alexandro, & Rolando, & Phancio, tradit id non posse Pontificem in religione succedendi incapaci, quia per professionem est plene ius acquisitum institutis in illo testamento; quod idem dicunt Gozadinus conf. 4. numero 12. & Rubens conf. 155. fin. quando, etsi religio sit capax succedendi, testamentum sortitur plenum suum effectum a die professionis, ita disponente testatore, quia tunc etiam a die professionis est plene ius acquisitum institutis. Quando autem religio est capax succedendi, nec testator disposuit, testamentum habere effectum a die professionis, Rubens ibidem asserit fore Papam posse concedere facultatem reuocandi, quia non est acquisitum plene ius haeredibus, sed conditionale, si superuiuat testatori.

14 Ceterum nec in hoc posteriori euctu existimo posse Pontificem hanc facultatem concedere, nisi ex vrgentissima causa, quia nec ius hoc imperfectum potest auferri absolute causa vrgentissima, vt probauimus supra numero 16.

15 Tandem restat tractandum, an dato non posse professum reuocare testamentum ante professionem contractum, possit tamen illud declarare? Et videtur non posse, quia a. in ingressi. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccl. solum conceditur professo posse inter filios diuidere: ergo cum concessio illa sit odiosa, non est extendenda, vt liceat ei priorem voluntatem obscurè declaratam interpretari. Secundò, quia eius est interpretari, cuius est condere. l. vltim. C. de legibus, cum concordantibus adductis per Aretinum Lommi. numero 1. C. de sacrosanct. Eccl. Cum ergo profectus sit incapax testamenti faciendi, erit quoque incapax prioris voluntatis declarandae. Et confirmatur, quia non declarat suam voluntatem, quasi testis de illa disponens, sed tanquam legislator auctoritate legis condendae habens, obligatque ad illam voluntatis interpretationem amplectendam. At profectus nequit legis condendae in testamento auctoritate fungi: ergo nec auctoritate voluntatis declarandae.

16 Sed existimo integrum esse professo hanc interpretationem dubiae, & obscurae ius voluntatis in testamento non satis explicatae facere. Ducor ex textu l. heredes palam. 21. §. si quid post. C. de testament. vbi decidens textus nihil posse ex prioro testamento immutari absolute debita solemnitate, subdit eam non exigi quoties est sola prioris voluntatis declaratio; vt si Titio amico legauit, non exprimens quem, cum multi alij sint eius nominis, vel si ceruauit in nomine, aut cognomine, vel litque postea suam voluntatem explicare: redditque rationem his verbis, nihil enim nunc dat, sed datum significat. Vnde ex eo textu communiter Doctores eliciunt, vt eos referat, & sequitur Magdalenus de numero testium. cap. 30. numero 3. declarantem nihil de nouo facere, sed iam factum aperire, sicut dicit Iurifconsultus l. adeo. §. eum quis. in fin. ff. de acquir. rerum dominio, excutientem plicas non nouam rem facere, sed eam, quae est, detegere. Quare multa conueniunt, quae multis aliis citatis cumulant Magdalenus 100. eo cap. 30. & Mantica d. comitatus vltima voluntatis. lib. 3. tomo 1. tit. 1. Cum ergo declarans nihil de nouo faciat, poterit professus pristinam suam voluntatem dubiam declarare: solum enim ei interdicitur nouum testamentum facere. Et confirmatur, quia haec declaratio nihil de nouo disponit, sed dispositionem iam perfectam, & apud se certam, licet apud nos obscuram, aperit: & si non aperiret, communiter arbitrio Iudicis, vel viri prudentis debe-

ret fieri declaratio, vt optime probat Magdalenus eodem cap. 30. numero 9. & 10. ergo iure optimo id potest facere professus. Secundò, quia quamuis Iudex functus sit officio suo vbi sententiam tulit, nec possit eam immutare, sed quoad eam immutandam definit esse Iudex, & sit persona priuata, vt habetur l. Iudex postea. §. ff. de re iudicat. ar. vt tradunt ibi Doctores, potest eam declarare: quia id non est nouum iurisdictionis actum exercere, sed exercitum declarare. Ergo similiter quamuis professus nequeat nouum testamentum facere, poterit tamen pristinum dubium declarare. Nec obstant contraria. Non primum, quia cum nec hoc sit testari, nec distribuere, nec nouum aliquid facere, minime est iure interdicitum, & proinde nulla speciali concessione eget. Nec etiam obstat secundum cum sua confirmatione, quia non est opus, vt tempore huius declarationis habeat auctoritatem legis condendae, sed satis est, vt nunc declarare possit conditam, illum habuisse eam auctoritatem tempore, quo condidit, sicut Iudex declaratans suam sententiam, caret tunc auctoritate sententiae ferendae, potest tamen eam declarare, quia tempore, quo tulit eam, auctoritate ferendi praeditus erat. Et ideo hanc sententiam tenet Manuel 2. tomo summa. cap. 32. numero 2. & quast. regular. tomo 3. quast. 69. artic. 3. Atque id est verum, quamuis illo profectus sit ex ordine Minorum, vel Societatis Iesv. Nam rationes allatae procedunt aequè in eo.

17 Hoc tamen intelligendum est, quando sumus in verba, & propria declaratione voluntatis obscura, & incerta; secus autem, vbi declaratio respiceret dispositionem, quae de iure certa, & testator vellet illam aliter declarare: tunc enim post professionem non possit sic declarare, quia, vt optime probat Magdalenus eodem cap. 30. numero 11. & 12. ex textu l. heredes palam. 21. §. si quid post. in princip. & ibi Glossa verb. post. C. de testament. & multis aliis Doctoribus, quos ibi allegat, hoc non est veterem dispositionem declarare, sed nouam inducere, ac proinde indiget debita numeri testium solemnitate. At professo interdicitur esse nouam dispositionem facere.

18 Secundò intelligi vt habeat verum quando ea declaratio verbis conuenit, eiusque commodè aptari potest: secus autem quando ab his recedit, quia quando alicuius est suam mentem declarare, vt Iudicis, declaratio talis esse debet, qualis verbis conuenire possit, alius non esset declaratio, sed noua dispositio, vt vtrumque multos allegans tradit Tiraquel. l. si onquam. verb. libertatis. in noua edit. numero 13. & duplici sequenti. C. de reuocand. donat. & probat textus cap. 1. de testament. in 6. ibi; dammodo eorum verbis conueniat. At professus nequit aliquid de nouo disponere.

19 Demum si quis legasset aliqua operibus piis et se post professionem declarandis, possit post professionem declarare illa opera pia, quia hoc non est de nouo disponere, sed declarare. Quod quidem plane procedit in quibuscumque religiosis etiam amentis Minorum, quando non referretur noua electio priorum operum, sed sola declaratio eorum, quae tempore testamenti conditi habebat in mente. Quod si nulla opera pia tunc habebat in mente, tunc non esset referuatio declarationis prioris voluntatis, sed referuatio bonae electionis operum priorum, & tunc an possit referuati hae electionis, si frater Franciscanus sit, impendit ex illa quaestione, quam tractauimus supra, an frater Franciscanus capax sit huius electionis? Et retenta sententia, quam ibi iustinuimus, dicente eum esse capacem, dicendum est, referuationem valere: secus autem retenta contraria sententia, quam ibi retulimus.

20 Non valeret tamen potestas reuocandi testamenti, quam religiosus sibi referuaret, quod ea potestas pugnet cum professione religionis.